

ores mundum fecisse: & quia splendor quidam luminis desursum in inferi-  
oribus refulsiſſet, ad similitudinem illius luminis angelos hominem institu-  
ere, angelos curasse: hunc super terram iacuisse reptantem, cuius lumen illud  
& uirtutem illam superiorem propter misericordiam, scintillam saluā esse:  
ceteram hominis perire, C H R I S T V M in substantia corporis non fuſſe, &  
phantasmate tantum quasi paſſum fuſſe, resurrectionem carnis nullo mo-  
do futuram esse. Postea Basilides hæreticus erupit: hic esse dicit, ſumnum *Basilides.*  
deum nomine Abraxaen, quo mentem creatam, quam Græce νοῦν appellat.  
Inde uerbum ex illo prouidentiam, uirtutem, & ſapientiam. Ex ipliſ in-  
de principatus, & potestates, & angelos factos: deinde infinitas angelorum  
æditiones & probolas, ab iſtis angelis trecentos sexagintaquinque cœlos insti-  
tutos: & mundum in honore Abraxat, cuius nomen huc in ſe habeat nu-  
merum computatum. In ultimis quidem angelis, & qui hunc fecerunt mun-  
dum nouiſſimum ponit Iudeorum deum: id eſt, deum legis & prophetar-  
um: quem deum negat, ſed angelum dicit. Huic fortito obtigiffe ſemē Ab-  
rahæ, atq; ideo hunc de terra ex Aegypto filios Israël in terra Chanaän  
tranſtulifſe. Hunc turbulentiorem p̄ræ ceteris angelis, atq; ideo & ſeditio-  
nes frequenter & bella concutere, ſed & humanum ſanguinem fundere:  
C H R I S T V M autem non ab hoc qui fecerit mundum, ſed ab illo Abraxa-  
missum ueniffe in phantasmate: ſine substantia carnis fuſſe. Hunc paſſum,  
apud Iudeos nō eſte, ſed uice ipliſ ſimonem crucifixum eſte: unde nec in  
cum credendum eſte qui ſit crucifixus, ne quis conſiteatur in ſimonem cre-  
diſſe. Martyria negat eſte facienda. Carnis resurrectionem grauiter im-  
pugnat, negans ſalutem corporibus repromiſſam. Alter hæreticus Nicola-  
us emerſit: hic de ſeptem diaconis, q; in Actis Apoſtolorum allecti ſunt, fuit. *Nicolaus.*  
Hic dicit tenebras in concupiſcentiam luminis, ſed quidem foeda & obſcene  
fuſſe ex hac permixtione: pudor eſt dicere quæ foetida & immunda ſunt  
& cetera obſcene. Omnes enim refert quosdā turpitudinis natos, & com-  
plexus, & permixtiones execrabilis obſcenarū coniunctas, & quædā ex  
ipliſ adhuc turpiora. Natos p̄ræterea dæmones, & deos, & ſpiritus ſeptem,  
& alia ſatis ſacrilega pariter & foeda, quæ referre erubescim⁹, etiā p̄ræterim⁹.  
Satis eſt nobis quod totam iſtam hæresim Nicolaitarū, Apocalypſis do-  
mini grauiflma ſententiæ autoritate damnauit, dicendo quia hoc tenes:  
odisti doctrinam Nicolitarum, quam & ego odi. Accesserunt his hæreti-  
ci etiam illi, qui Ophitæ nuncupantur. Nam ſerpentem magnificant intan- *Ophites.*  
tum, ut illum etiam ipli C H R I S T O p̄ræferant. Ipſe enim, inquiunt, ſcietiæ  
nobis boni & malī originem dedit. Huius animaduertens potentia & ma-  
iestatem Moyses, inquiunt, æreū posuit ſerpentē: & quicūq; iplum aſpexe-  
runt, sanitatem consecuti ſunt. Ipli aiunt: p̄ræterea C H R I S T V S in Euange-  
lio ſuo imitatur ſerpentis ipli ſacram potestatem docendo. Et ſicut Moy-  
ſes exaltauit ſerpentē in dēſerto, ita exaltari oportet filium hominis. Iplum  
introducunt ad benedicenda euchariftia ſua. Sed tota iſtius erroris & ſcœ-  
na & do-